

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Henr. Ioh. Nepom. Crantz S.C.A. Maiestat. Consiliar.
Institut. Med. Et Mater. Medic. Vindob. Profes. Pub. Ord.
Acad. Imp. Nat. Curios. Et Societ. Botan. Flor. Sodal.
Materiæ Medicæ Et Chirurgicæ ...**

Crantz, Heinrich Johann Nepomuk

[Wien], 1765

I. Deterg. Digestiva.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10196

CLASSIS QUINTA.

DETERGENTIA.

DETERGENTIA, detersiva, etiam mundificatoria, ea dicuntur remedia, quæ ex vulnere purulento, vel ulcere, omnia auferunt obstacula, ut vulnus coire, ulcus compleri possit. Verum cum hæcce obstacula tam ab ipso pure vel qualitate, vel quantitate peccante, quam a corruptis vasorum, & mortuis extremitatibus ponantur, medicamenta detergentia his obveniant necesse est, ut vel inde multiplex horum classis, & varia forma intelligentur. Indicantur vero detergentia in omni ulcere, excepto cancroso, in quo lenientia solum convenient, *FLEURANT dans la Question pour le prix 1746. determiner ce que c'est que les Remedes deterfifs Et ciborium enduitus exp. modis non*

I. DETERG. DIGESTIVA.

Hæc in omni abscessu rupto, ulcere primis statim diebus, ut semimortua vasorum extrema, superficiem ulceris constituentia, a vivis abscedant partibus sicque reddantur puræ, L. B. van SWIETEN, indicantur. Non est tamen his diu insistendum omnium consensu, siquidem marasmus, & carnei fungosam inducunt, LOUIS dans la *Question proposée des deterfifs 1746.* maxime, si ex solis emollientibus pinguis-

bus consonant. Et in integrum his abstinendum, si ulcus vividam firmam carnem habet, si digestiva in ulcere dolorem causant, & mordent, FLEURANT Q. c. Quæ vero forma lavamenti præscribantur, sequentia sunt:

- Absynthium.
- Alliaria.
- Enula Campana.
- Hedera terrestris.
- Hypericon.
- Hyssopus.
- Marrubium.
- Mentha.
- Pulegium.
- Veronica.
- Virga aurea &c.
- Quæ forma unguenti,

PINGUIA EMOLlientIA.

- | | |
|--------------|---------|
| Albumen ovi. | Sanguis |
| Axtingiæ. | |
| Olea preßa. | |
| infusa. | |
| cocta. | |
| Pinguædines. | |
| Seva. | |

BALS. LIQUIDA STIMULANT.

- | | |
|-----------|--|
| Copayvæ. | |
| De Mecha. | |

V D E

Pe-



Peruvianum.

Terebinthina &c.

BALS. SICCA STIMULANTIA.

Myrrha.

Olibanum.

Styrax.

Est ubi pinguia solum, sed raro, est ubi hæc cum balsamis varia inter se commiscentur proportione, ut iam maior vis emolliens, iam stimulans maior, pro ipsius ulceris conditione habeatur. Sic ex balsamo nativo quocunque, vitello ovorum, & melle, digerens tale medicamentum optimum conficitur, L. B. van SWIETEN. Si ulceris superficies rubore, puris imminui quantitas incipiat, est ab oleosis abstinentum, ut & digestivis aliis stimulantibus.

OFFICINALIA COMPOSITA.

Syrupi.	Absynthii Enulae. Hederæ Terrestris. Hyssopi &c.	in unguenti formam cum melle acti.

Unguenta.

Apostolorum.

Basilicum.

Digestivum &c.

Sapones aqua soluti, oleo, syrupo, unguento mixti, unguenti vel lavamenti formæ inserviunt, & efficaciter omnino detergunt.

II. DE-



II. DETERG. IRRITANTIA.

Irritantia tum ulceribus immittuntur, dum a prioribus non satis excitata natura, mortuarum a vivis separationem fibrarum efficere haud potuit, hinc ulcus mundatum non fuit. Acriori itaque stimulo opus. Et quidem præter balsama priora, quæ minuta solum pinguitum quantitate, etiam digerentia irritantia sunt, formæ lavamenti inserviunt.

EX REGNO AQUEO.

Aquaæ minerales salinæ, & sulphureæ, quæ diversis in regionibus variæ nobis sunt:

Aquaæ Egranæ	in lotione,
Carolinæ	
Badenses	

Formæ huic, vel alteri, unguenti nempe, famulantur

EX REGNO VEGETABILI

Antiscorbuticæ, omnes acræ plantæ.

Persicaria urens.

Ruta.

Sabina.

Scordium &c.

EX ANIMALI

Urina vel simplex, vel virtute præcedentium dives.
Bilis animalium.

EX